

100  
51

Nobiliss. doctissimoque  
Christiano Crusio  
Ioh. Frider. Christ  
S. D

Ego vero, quod mecum egisti duabus  
adcuratis epistolis, curavi sedulo.  
Communem enim amicum, de quo scri-  
pseras, et quem scito cupere tibi, conueni,  
et cum aliis egi de te: Si quid inuenirem,  
ubi esse interea posses, dum melior te  
fortuna respiceret. Sed cum non-  
dum procederet id negotium, inanes cer-  
tae spei litteras ad te dare nolui. Iam  
nunc rescribendum esse sentio, saltem ut  
epistolam, quam petisti, ad illustrissimum  
Brunanum scribendam, recipias. Quod  
fidei meae multum tribuere te significas,  
faciam, quod potero, ut in ea, quod desideres,  
ne habeas. Si eam deus non voluit esse  
conditionem nostram, ut opibus subleuare

1066  
alios <sup>possimus</sup> ~~negueamus~~ : operam certe nostram,  
humanitatem, ius et fas secundum  
veritatem poscentem aequum est ferre  
Tu interea confide, summum dei  
nostri numerum, ut veram et unicam  
tutelam tuam, religiose venerare,  
philosophiae sinceram et litteris  
operam, ut soles, nullo malo de-  
territus, da, sectare optimos quos  
que, cumque eis age quam simplicis-  
sime, a pravis hominibus caue tan-  
tis per, et eorum suasionibus et  
confortio ne te permittas, neu  
dubita, ea, quae pertulisti, tibi ali-  
quando, ubi bene erit, magno usus futu-  
ra. Vale. Deproperabam Lipsiae  
d. V. Octobr. a C. N. clbcccxxxviii